Idem גְּבוּרְתָּא & גִּבָּרְוָתָא Iud.16. & 1.Reg.23.In plur. גִּבּוּרָן Iſa.12. גַּבְשׁוּשִׁיתָא Idem quod תל קטן Aceruus terræ paruus,collis paruus: Eccleſ.12. Sulcus: Pſal. 65.in Kimhi.In plu. num.גַּבְשׁוּשִׁיוֹת Ioſue 8.in kimhi.

גְּבַשׁ Congregauit,parauit: Prouerb.6. Inde גַּבִּישְׁתָּא Collis: Zophoniæ primo. גַּבְתָּא Eſt קנה id eſt, calamus plumbeus uel ligneus quo exhauritur & ebibitur uinum.

גְּגָמִיר Eſt ſpecies קטנית קשה leguminis duri in modum lapidis. גָּגִית Germanice ein בורא id eſt,tina,alioquin קובא

גְּרַר Idem quod פרץ lacerauit: Iudicū 8. & כרת ſuccidit: Dan.4. Inde גִּירוּרִין Viæ aſperæ, habentes tumores & aggeres,altitudines: Iſaiæ 40.

Secundo גְּדִי in Aſtronomia ſignificat ſignum capricorni Tertio גַּדְיָא eſt hœdus: Iud.6. In plurali גַּדְיָן 1. Regum 10. Quarto גִּירָא ſignificat coriandrum: Exodi 16. Quinto גְּרוֹת ſunt שפתי הנהר littora fluuij,extremitates. Sexto גִּירִין ſunt nerui: Iob 10. Septimo גִּירָא Thren.3. & גִּרִין Ieremiæ 23. eſt idem quod לענה abſynthium. Octauo גורא eſt maceria,paries: Pſal.62. & Eccleſ.10. Item tabula: in Aruch. Nono תִּגְרָא eſt baculus,ſceptrū: Pſal.23.

גְּרַגַּר Eſt anguſta ſemita. גוריירא Linteum, mappa. גַּרְגְּרָנִיוֹת Primo ſunt Germanice קיירשין id eſt,ceraſa. Secundo eſt herba, quam

quam comedere ſolet gamelus, non autem homo, niſi in neceſſitate גְּזִיגוֹר Eſt בלוב חיות cauea in qua feræ recluduntur. גִּזְבָּרִין Diſpenſatores uictualium domus: Eccleſ. 2. Et גִּזְבְרַיָּא Exactores, ſatellites: Danielis tertio.

גדל Inuoluit, filauit, intorſit: Exodi 28. Inde גְּדִילִין funes: Iud. 16. Idem גְּדִילְתָּא capite 15. Eſt etiam idem quod ציצת fimbria: Item Capillus ſeu pilus capitis retortus: Iud. 16. מִגְדְּלָא turris: Iud. 8. גּוּדַל Pollex. גִּדֵּם. Inciſus manus, truncatus, ſeu mutilatus: Germanice שטומפ Significat etiam ג גּוּדְמָא idem quod ענף id eſt, ramus.

גזרין Augures, magi, diuini: à ſingulari גזר Item גְּזִירוֹנִין hydriæ: Iſa. 21. מִגְזְרִין Sunt ſpecies pirorum ſeu pomorum, ut dicit Rabi Salomon: Geneſis 24. גְּזַע Abſcidit, reſecuit: 2. Regum 10. גְּזַנְכָּא Idem quod מסגרת clauſura, peripheria, corona interraſilis: Exodi 25. In plurali גְּזַנְכִּין 3. Re. 7. גְּדַף & גַּדִּיף idem quod חרף Blaſphemauit, exprobrauit: 3. Reg. 21. Secundo גַּדְפָּא eſt idem quod כנף ala, penna: In plurali numero גַּדְפִּין 3. Regum 8. Significat etiam ſeram uel peſſulum.

גדר Significat magnificare: Item diffinire. Inde גְּדָרָא & גְּדַר diffinitio: in commentarijs. Item Peribolus, maceria: Num. 32. גַּדְרוֹן Pullus aſini. גּוֹדְרוּס Brutum. גְּדַשׁ Redundauit: in

commentar. Inde מְגָרַשׁ collectio,accruus: Ezech.27.
Idem גְּרִישָׁא Iud 15. Item eſt ſpernere & ſubſannare.

גהה Inclinare : Item emendare ſeu corrigere libros. גִּיהַ Germanice רונרין. Fulgur uel tonitruũ: Iob 18. גוּתָא Piſcina,ciſterna maior. גֵּיהִנָּם Gehenna,infernus: Iſaiæ 65. tranſſumpto ſcilicet uocabulo. Significat enim proprie uallem Hinnam. גְּהַץ Poliuit, dealbauit telam; Germanice בלייכן Significat etiam in commentarijs exultare, lætari. גְּהַס Significat ructare : German. רושפרין Item גִּיהַר eſt genus margaritæ precioſæ: Cant.5. גַּהֲרָס Sedes, ſolium.

גו Medium: Ioſue tertio. Et fit ſæpe ex Vau quieſcente uau mobile: ut גַּוֵּוה Medium eius: Iſa.51. גַּוָּא Interiora,uiſcera: Leuitici tertio. בֵּיתָא גַּוָּאָה Domus interior : 3. Regum ſexto. Et in fœminino gene. דַּרְתָּא גַּוַּיְתָא Atrium interius : tertij Regum ſexto. Et cum præpoſitione מִגַּו וּמִבָּרָא Intus & foris : Exodi 37. Et מִלְגָּיו atq; מִלְּגַו intrinſecus,abintra: Exodi uigeſimo octauo. Significat etiam גַּוָּאָה idem quod סריס Eunuchus : tertij Regum uigeſimo ſecundo. In plurali numero גַּוָּאִין quarti Regum nono. Item גַּו & גְּוִיָּה & גְּוִיַּת Corpus: primi Regum ſecundo.

גובא & גּוּבָּא Lacus.ciſterna: 2.Reg. 17. & 1.Regum 19. Item bruchus,locuſta: Leuitici 11. In plurali גּוֹבָאִין Iudicũ 7. & גּובין Deut. 6. De quo etiam

etiam paulo ſuperius ſcripſimus. גָוֵּת Idem qđ קרץ annuit : Prouerb. 16. גוֹי Gens,gentilis: In fœminino genere גוֹיָת gentilis mulier: in comment.

גְוִיל Primo ſignificat lapidem non inciſum. Secundo pallium. Et item membranam ſeu pergamenum: in cōmentar. Item גְּגַל pannus qui in ſtamine circumuoluitur: Iſa. 38. גַּיוְתָא Eze. 28. & גַּיוְתְנוּתָא Superbia: Iſa. 16. magnificentia : Pſal. 93. Idem גַּיוְתְנָא Iſa. 28. Itē גַּיוְתַנַיָּא ſupbi, ſublimes: Iſa. 2.

גוֹן Color : idem quod מראה Eſter 1. In plurali גוונים 1. Regum 13. in Rabbi Dauid kimhi.

גּוּפָא Primo ſignificat corpus: primi Regum 31. Inde כוונת גופנית affectus uel concupiſcentia corporalis: in comment. Secundo, mœchari: Deu. 5. Inde גַּיְפָא adulter: Leuit. 20. & גַּיְפְתָא adultera: ibidem.

גוּר Peregrinatus eſt. Inde גִּיוֹרָא Peregrinus, aduena, proſelytus : Deu: 5. In plurali גִּיוֹרַיָּא Leuitici 16. Et מַגִּירָא uicinia: Deuteronomíj primo. Item גור Catulus : Deuteronomíj trigeſimo tertio.

גָזַז Totondit: 1. Regum 25. גִּיזוּז Tonſura: Iſa. 3. Inde גִּיזְתָא רְעַמְרָא Vellus lanæ: Iudicū 6. & Iob 31. Item גַּז eſt auis quæ Germanice uocatur וולק id eſt, falco. Secundo גַּז eſt idem quod אוצר gaza, theſaurus. Tertio גַּז ſignificat tranſire fluuium, tranſuadare: ſecundi Regum 19. & Iſaiæ decimo ſexto. Inde גִּזְתָא uadum. Idem מַעֲבָרָה Numeri 21.

Quarto

Quarto ſignificat עיקום tortuoſitatem. Quinto, ſatellitē & apparitorem. Sexto גז eſt ſpecies apis.

Septimo גזיזא ſignificat כלי זיין arma bellica: Item חתיכות fragmenta,fruſta: Item lignum ſiccum. Item Erubeſcere & uerecundari. גוזזין Inuolucra ueſtium,uel chlamides: Ezech.27. גיזבר Theſaurarius: In plur. גזברין Qui colligūt tributa:Ezræ 7.

גוזזטרא Eſt tabulatum muro adiectum.

גזל Rapuit:Inde גזילא Rapina: Ezech.18. Item גוזלין pulli: Pſalmo 84.& Canticorum 4.

גזם Significat ulciſci, minari : & חרת exprobrari: Germanice חריגן item hyperbolice loqui.Inde גזומא Vltio: Pſalmo 8. & גזומא eſt kakozelia, exceſſiua & hyperbolica locutio: ut Pſal.6. Lectum meum lachrymis meis rigabo: Item turris extructa uſq; ad cœlum. Sed גיזום eſt loquutio, qua aliquem ad malum propenſum iubemus male agere:ut eſt illud Eccleſ. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua: quaſi dicat: Si effreni iuuentuti habenas laxaueris, experieris tandem in nouiſſimo quid tibi occurrat. Hæc Kimhi,Pſal. 60. prope finem. Sic quum aliquem riſorie iubeo fugere, qui non poteſt fugere,eſt Gizum: Iere.6. גזת Idem quod כעס Indignatus eſt,increpauit : Pſalmo ſexto.

גזר Primo,pepigit,iniȷ̈t fœdus:Ioſue 9. Inde גזירא pactum. Secundo ſignificat decernere, ordinare,concludere: Iſa.25. Inde גזירא ſententia,decretum,lex.

tum,lex, ſtatutum: 3. Regum 13. Iudicum 11. In plurali גְּזֵירָן תַּקְנָן decreta recta: Ezech.20. Tertio ſignificat abſcindere,diuidere,ſecare: Inde גְּזִיר ſectus: Leuit.22. מִיגְזְרִין Cæſores lignorum: 2.Regum 12.& גְּזָרִים ſyllabæ: in commentarijs. Et גִּזְרִין partes: 3. Regum 3. Et גְּזֵירוֹת Impreſſiones, ut eſt generatio niuis, pluuiæ,grandinis, &c. Quarto גָּזְרִין ſunt קוֹסְמִין augures,uel aruſpices: Dan. 4. Quinto גִּזְרָא eſt grex paruus: 3. Regum 20. גָּזִית Inciſus,dolatus,quadratus,ut lapis quadratur: 3. Regum 7.

גחא Idem quod אחר tardauit: in Aruch. אַגִּיחַ Inijt prælium: 1. Regum.17. In paſſiuo אִיתְגַּח præliatum eſt. גְּחַט Idem quod חסר defecit,diminutus eſt. גְּחַךְ Significat שחק ridere: Pſalmo 37. Deridere,ludere: Iob 40. Inde גּוֹחֲכָא riſus: Prouer.14. deriſio: Pſalmo 79. גַּחִילְבָא Nomen cuiuſdam auis. גְּחַן Idem quod כרע incuruauit ſe,inclinatus eſt: Pſalmo uigeſimo.

גָּחַר Primo idē eſt quod אדום מאד ualde rubeū. Secundo ſignificat חור foramen unde lux intrat, Tertio capitur pro מערה ſpelunca.

גיט Libellus repudij,literæ diuortij. In plurali גִּיטִין Deuter. 24. Et additur aliquando פְּטוּרִין Eccleſ.7. גֵּייָרוֹר Aſinus. גִּידִין Nerui: Eze.37. גִּיל Coæuus,par: Dan.1. גִּיוּמְתָא Dormitatio: Iob 33. גֵּיוּת Paganiſmus, gentilitas: & uer-

baliter בְּגֵיוֹתָן Dum eſſent gentes. גַּיִּיס Idem quod חיל exercitus: Pſalmo 65. & Pſal.18. in Kimhi. גַּיִּית & גַּיוֹפָא Adulter:Iob 24.In plu. גַּיְיסִין Ier.7.

גיר Proſelytum fecit, ad cohabitandum aſſumpſit. Qui enim de paganiſmo ad Iudaiſmum conuertebantur, prius aliquandiu ſub ſpecie peregrini ſeruabantur & probabantur, ut apud Chriſtianos catechumini. Inde גִּיוֹר peregrinus: 2. Regum 1. מְגִיר Habitator: Ieremiæ 6. Item גַּיְירְתָא adultera: Prouerbio. 30. Eſt etiam גִּירָא iaculum, ſagitta: In plu. גִּירִין 1. Regũ 20. & גִּירְרֵי 2.Reg. 1. Item גִּירָא רֵי כְתַל Superficies, ſeu potius calx parietis: Dan. 5.

גל Primo fluctus: In plurali גַּלִּין 4. Regum 19. Secundo, tumulus lapidum: Iſaiæ 25. & 4. Regum 23. Tertio גִּילָא eſt idem quod קַשׁ ſtipula: Iob 13. In plurali גִּילִין Significat etiam idem quod דלתּ ianua. Item גִּיל eſt amicus, & qui cum alio ſub eodem natus eſt planeta. Item ſignificat malleum tintinabuli ſeu campanæ.

גלא & גְּלִי Primo, apparuit: 1.Regum 9. & reuelauit: 4.Regum 6. In paſſiuo: אִיתְגְּלִי diſcoopertus ſeu reuelatus eſt: 2. Reg. 6. Inde נְבוּאָה גַּלְיָא prophetia manifeſta: 1.Regum 3. Significat etiam eminentiam & euidentiam. Inde quoq; בְּגָלוּי manifeſte, aperte: in comment. Secundo גְּלָא ſignificat exulare: Iere.19. Inde Hiphil אַגְלָא & אַגְלִי eiecit, tranſtulit

lit,tranſmigrauit: 4. Regum 13. & 16. Inde גָּלוּתָא Danielis 6. & גָּלְוָתָא tranſmigratio, captiuitas: Deut. 30. Inuenitur quocp Ezech. 4. גְּלֵי pro ſtercore.

גָּלָל & גּוֹלִילָא Primo ſignificat ſtercus: 3. Reg. 14. Secundo אֶבֶן גְּלָל eſt lapis marmoreus: Ezræ 5. Tertio: גּוֹלֵל eſt operimentum capſæ mortuorum. Quarto גְּלָלֵי & גְּלָלֵי ſunt fluctus maris: Pſalmo 104. & Iob 30. Quinto גּוֹל & גּוּלְתָא eſt toga, ueſtis. Sexto גָּלָל eſt bacca & dens. Septimo גִּילוּל eſt idolum ſordidum & ſimulachrũ. Octauo גָּלִיל & גְּלִילָא capitur pro Galilæa: Item eſt limes, confinium: Ioſ. 22. Nono גְּלַל ſignificat uoluere: In paſſiuo אִתְגְּלַל conuolutus eſt: 3. Reg. 3. Inde מְגִילָא & מְגִילָתָא uolumen: Iere. 36. Decimo בִּגְלַל idem quod בעבור ob, propter, propterea: Pſal. 6.

גַּלְגַּל Primo ſignificat rotam qualis eſt in curru: 3. Reg. 7. Secundo circulum: In plu. גַּלְגְּלִין ibidem. Tertio capitur pro סיבובים id eſt, ſphæris & orbibus cœleſtibus. Quarto גִּילְגוּל eſt pupilla ſeu orbiculus oculi: Pſal. 17. Plur. גִּילְגְּלִין Iſaiæ 11. Sic גַּלְגְּלִין Dan. 7. exponitur pro facie propter orbicularitatem ſuam. Quinto גּוּלְגַּלְתָּא eſt cranium capitis, caluaria: Iud. 9. Item caput alicuius ſummæ: Numeri 3. Sunt etiam גולגליות in comment. cenſus, perſonalia tributa. Inuenitur etiã גלגל pro ſtipula: Item pro dulcedine, pro ceſſare.

גלב Tonſor, raſor: Eze. 5. גִּלְבָּא nouacula. מַגְלָבָא Idem quod מתג frenum: Prouerbiorum 26. גולְבָא Spelta. גַּלְבַּק Eſt ſpecies herbæ cuiuſdam, quam uocant Latini אֵירְבָא לוּצָא id eſt, herba lucis. גְּלַג Significat idem quod שבח laudauit. גְלוּגְרְקָא Eſt הדום ſcabellum pedum: Thren. 2. & Iob 15. גְּלָגֵס idem quod רומח id eſt, lancea.

גלד Cruſta. גְּלִידָא Gelu, glacies, frigus: Ieremiæ 36. Eſt etiam גִּילְדָא ſolea, pars calcei inferior. גולְדּ Glomus, corpus ſphæricum, quale ferè eſt cepa. Vnde ſecundum Hebræos unum cœlum ambit & includit aliud ſicut גולדים in cepa. Eſt etiam גִּילְדְנָא magnus quidam piſcis.

גְּלַח Idem quod נגה Splenduit.

גלח Raſit: אִתְגַּלַּח Raſus eſt: Iud. 16. Inde גִּילוּחַ raſura: Iſa. 15. גַּלְטוּרֵי Vulgo, breuia. גַּלְיָאסִין Galeæ. גַּלְיָא Gallia. גולְיֵיר Præpoſitus equorum: in Eſter Thargum 2. Et גְּלְיוֹר Pedeſter, miles. גַּלָּךְ Idem quod קשקש Squama: Inde שִׁירְיַין גַּלְבִין Loricæ ſquamatæ: 1. Reg. 17.

גלם Primo ſignificat amicire, inuoluere. Inde גְּלִימָא amictus, pallium: in Tharg. 2. Eſter. Secundo גולם ſignificat idem quod גוף corpus ſcilicet informe. Tertio גַּלְמָתָא & gilmatha idem eſt quod גבעה collis: Pſal. 65. & 114. Significat etiã attonitum

attonitum & ignarum. גַּלְמַחֲרָא Eſt חותם של טבעת ſigillum anuli. Item גולְמִישׁ & גַּלְמִישׁ idem quod ארז ſpecies cedri: Canticorum 1. & 5.

גולס Idem quod צורת figura. גְּלַסְטֵר clauſtrum. גְלוּסְקָא Idem quod ככר torta panis. גְלוּסְקְמָא Idem quod תיבה arca, capſa: Gene. 50. in Thargum Hieroſ. גַּלְסַר Eſt כסות עבה Operimentum groſſum. גְּלַע Cogitare, imaginari: Item diſcooperire. גַּלְעַן Idem quod גרעין grana. גְּלַת Primo ſignificat חקק ſculpere, deſcribere: 3. Regum 6. Inde גְּלוּת ſculptura: Hag. 2. Item גְלִיפָא תְּרִיצָא Inſignia recta. Item Manifeſtatio, declaratio: Pſal. 119. in Pe litera. Secundo גולְפִין ſunt uaſa teſtacea, urcei, metretæ, &c.

גְּלַשׁ Raſit, depilauit: Leuit. 13. Inde גְלוּשְׁתָּא Raſura: ibidem. גְּלוֹשׁ Recaluaſter: ibidem. גַּלְשׁוּשִׁיתָא Tumulus: Canticorum quarto. גַּלְתָּא Toga: Deuter. 21. in Thargum Hieroſoly. Et גולְתָּה Lenticula, uas rotundum: Zachariæ 4.

גם Primo idem eſt quod כרת ſuccidit, putauit. Secundo idem quod בלע abſorbuit: Inde גומָתָא abſorbitio: Iob 39. Significat etiam digerere. Item גֹּמָא eſt iuncus: Iſaiæ decimo nono. & גומַיָא carecta, prata: Geneſis quadrageſimo primo.

גְּמְגֵם Sibilauit, ſicut Ephrataei, pronunciantes Samech pro Schin. Inde מְגַמְגֵם Balbus.

גמר Rugare, rugas contrahere. Significat etiam pannũ quo os & faciem inuoluimus contra frigus. Item גּוֹמָר eſt idem quod אמה cubitus, ſeu menſura cubitalis. גְּמִיר Ineptus, impeditus: ut גְּמִיר יְמִין Impeditus dextra, qui ſcilicet ſiniſter eſt: Iudicum tertio & 20. גַּמָּז Germen, flos, fructus ſimilis ficubus. גְּמַטְרִיָא Geometria, & Arithmetica.

גמלא Gamelus: In plur. גְּמַלִּין & גַּמְלִין 3. Regum 10. Significat quoque גשר קטין pontem paruum. Item גְּמָלָא Retributio: Iſaiæ 30. Idem גִּימְלָא 59. eiuſdem. Et גּוּמְלָא Copula, coniunctio. גָּמָם Inſtrumentum dotale. גִּימוֹן Lignum aut paruum iugum quod collo uituli imponitur ablactandi gratia. Item filum aureum. גּוֹמַסְיוֹק Inſtrumentum dotis. גְּמַע Abſorbuit: Iob. 39. גְּמַץ Fodit: Pſalmo ſeptimo. Inde גּוּמָּץ fouea: Idem גּוּמָּאצָא Prouerbiorum 22.

גמר & גְּמִיר Idem quod חרם exterminauit, deleuit, deſtruxit: Ioſ. 6. & 8. & 10. Inde גְּמִירָה Idem quod כלה conſumptio: Iſaiæ 4. & 10. Secundo ſignificat cõſummare, perficere, & finire: Inde גְּמוּר conſummatus, perfectus: & גְּמִירָא conſummatio, perfectio. Item omnino: Iſaiæ 2. סוד גמור abſolutiſſimum ſecretum in comment. גְּמִיר Holocauſtum, ſacrificium integrum: Deuteronomij 33. Item

מעיל

מְעִיל גְּמִיר pallium totum: Exodi 28. Vocatur etiam גְּמָרָה concluſio determinata. Proinde lingua Chal/daica aut Thalmudica ab Hebræis uocatᷣ לְשׁוֹן גְּמָרָא Et quando aliquid truncate ſcribũt in commentarijs, hoc eſt, citatam ſententiam non integre ſcribunt, adij/ciunt 'וְגו hoc eſt, וְגוֹמַר pro, & reliqua, uel, &c.

לְגַמְרֵי Totaliter, omnino. גומרא Carbo, pruna: In plurali numero גּוּמְרִין ſecundi Regum 22.

גמשׁ Significat incuruare.

גן & אָגִין Primo, protexit, defendit: Iſaiæ 48. Secundo, גְּנַי Accubuit, conuiuatus eſt: Eſter Thargum 2. idem quod שכב iacuit: Iob 40. Tertio גַּנָּה & גִּינְתָא eſt hortus: 3. Regum 21. In plurali גַּנִּים Ier. 29. & גִּינִין Iſa. 1. Quarto גִּינִין ſunt utres: Iob 32. Quinto בְּגִין idem eſt quod לכן Ideo, propterea: Iſa. 28. Sexto, גַּנָּה Vituperauit, dehoneſtauit, contempſit, reprobauit, confutauit. Inde גְּנַאי contem/ptus, uituperium, turpitudo: Idem גְּנוּת in comment. Inde etiam מַאֲמַר מְגוּנֶּה Oratio incongrua: & גְּנוּת incongruitas. Et מעשים מגונים Opera turpia.

גּוּנְבָא Culter piſcatorius, aut ſecundũ alios fiſcella ſeu naſſa, uel uas in quo recõduntᷣ ſalſi piſces: Iob 40.

גנב Furatus eſt: 2. Reg. 15. Inde גַּנָּבָא Fur: Plur. גַּנָּבִין Iſa. 1. Item גְּנוּבְתָא Furtum: Exo. 22. Et גּוּנְבָא opimentũ denſum habens cincinnos: Iud. 4. Inuenitᷣ etiam pro obliquo ſeu tortuoſo: Iud. 5. & pro cauda: Iud. 15.

גנבר

גַּנְבָּר Zinziber. גְּנַג Venari: Inde גְּנִיג Cuſtos canum. גַּנְגִילְיוֹן Fimbria. גַּנְגַּן Idem quod הרמיל Pera pauperis. גּוּנְדְלִי Scribens à ſiniſtra ad dexteram, ut Latini & Græci faciunt.

גַּנְדַּר Idem quod גלל Voluit, reuoluit: Gen. 29.

גַּנְדְּרָן Cancellus aut peribolus in ædificijs.

גַּנְדְּרִיפַס Phreneticus, fatuus.

גנז Recondidit, repoſuit, ſeruauit: 4. Regum 20. Inde גִּנְזָא Theſaurus: In plurali גִּנְזִין 4. Regum 14. Item בֵּית גִּנְזַיָּא Bibliotheca: Ezræ quinto.

גְּנִיז Depoſitum: Geneſis quadrageſimo primo.

גְּנִיזַי Videntur eſſe nobiles: Prouerb. nono.

גנח Tuſſiuit, raucus fuit: Germanice חושטן Item Tranſire uiam. Et, Caſtrauit, eunuchũ fecit. גוּנְבָא Operimentum, linteum: 4. Regũ 8.

גְּנַן Protexit: Idem אֲגֵין 4. Regum 19. Inde מְגַנָּא Protectio: Iſa. 4. גְּנוּנָא Thalamus: Pſalmo 19. & Ioël 2. Eſt etiam idem quod חתיכת בשר fruſtũ carnis.

גניס Generoſus, nobilis: Inde גְּנִיסַת idem qđ משפחת Generatio, natiuitas, progenies: & גְּנִיסְתָּא Familia: Pſal. 22. In plurali גְּנִיסַיָּא Pſal. 107.

גִּינוֹסַר Idem quod Hebraice כִּנְרוֹת Locus & mare Cinereth: & eſt ſecundum Rabi Dauid kimhi ארץ שמנה מאד terra pinguiſſima: Ioſue undecimo.

גְּנוּתָן Verecundia: in commentarijs: Et deriuatur à uerbo גנת de quo ſupra. גִּבְּרִין Gigantes.

גַס Primo ſignificat tumidũ,ſuperbum: Inde גַּאֲוָה ſuperbia: Pſalm.10.& 76. Secundo ſignificat קָרוֹב propinquum,domeſticum,Germanice חיימליך id eſt,familiarem. Tertio ſignificat groſſum & rudem: ut נְקוּדָה גַסָּה punctum groſſum: Et בהמות גסות pecora craſſiora,ut ſunt equi,boues,& aſini, quæ proprie בעירין uocantur.Significat etiam nimis laborare:Item ollam purgare : & cumulum.

גִּיסְסְיָא Sunt ilia ſeu צדים latera:Leui.3.& Iſa.60. Item Virgæ : 2. Regum 18. Item Morti propinquus; exalare ſpiritum. גַּסְטָר Vas teſtaceum confractum . Item dimidium cuiuſq; rei. Et mixtum ex diuerſis metallis:Item dominium,comitatus.

אֲגִיסְטָרוֹן Priuilegium.

גַעַ Mugiuit,clamauit ut uacca.Et גַּעְגַּע meditatus eſt: Pſalmo 119.in Samech. Item deambulare, obambulando delectari. Item inniti : Inde געגועים deliciæ:in commentarijs. גָּעַל Abominatus eſt, reſpuit: Iſa.1. מְגֹעָל Abominatio : 28. eiuſdem.

גַת Primo ſignificat alam: In plurali numero גַּפִּין Iſa.6. & Ezech.1. Secundo גַּת יַמָּא eſt littus maris: Exodi 15. Tertio גַּת & אֲגִית ſignificat claudere oſtium: quarti Regũ quarto.& Malachiæ 1.Inde מְגוּפַּת operculum: Num.19. & גִּפּוּת Peribolus, peripheria : Exodi 25. quod tamen uenit à uerbo גָּפַת & גַּפִּית quod idem eſt quod חבק amplexatus eſt, complexus

n plexus

plexus eſt: Iob 24. & Thren. 4. Quarto ſignificat adulterari: Inde גַיְיפָא adulter: גַיְיפְתָא adultera: Leuitici 20. Quinto גַת ſignificat ſolũ, ſolitudinem: Item אונים כלי anſam, manubrium: Item ſecurim : Et גות eſt corpus: גוּפָא Sententia: item locus coram deo.

גִיפְנוֹי Ripa: item alta ueſtis. גִימַן Character.

גוּפְנָא Vitis: Iud. 11. גוּפְנָן Labruſca.

גַפְרִיתָא Sulphur: Iſa. 34. גַפַת Oliua expreſſo oleo. גַפְתִית Eſt שם לשון nomen linguæ.

גץ Primo idem eſt quod קטון breuis: Iob 14. Secundo ſignificat fauillam uel ſcintillam: In plurali גוּצִין Iob 41. Tertio גִיצִין ſunt חמורות foueæ: Pſal. 140. Eſt etiam גַצָא ædificium robuſtum: Item ſepes aut maceria. Item גַצְרָא Hydria.

גר Primo ſignificat peregrinari, habitare: Inde ג גִיוֹרָא peregrinus: de quo ſupra. Secundo גִיר eſt idem quod סיר calx: Iſa. 27. & Exod. 16. Tertio גְרָא & גְרֵי ſignificat mittere, immittere: 4. Regum 15. & 17. Inde מְגָרֵי mittens: Ier. 8. Sic גְרַר deſtinauit: 2. Regum 12. Quarto גְרָא & גְרַר ſignificant ſagittare: Pſalmo 64. Inde גִירְרָא חַרִיפָא Sagitta acuta: Prouerb. 5. In plurali גִירְרִין & גַרְרִין Pſalmo 74. & 76.

Quinto גְרַר Ier. 15. accipitur pro lacerare, uel ad terram trahere: & in commentar. pro imitari, in ſequelam trahere: ut נִגְרַר imitatus eſt. Sexto גְרָא Iob 2. & גָרֵי 2. Regum 24. ſignificat incitare, prouocare, liti-

gare

gare: In paſſiuo אִיתְגָּרִי Concitatus eſt, bello motus eſt: primi Regum 13. & Iud. 14. Septimo ſignificat illaqueare: Iſaiæ 19. & 1. Regum 28. Item fornicari: Prouerb. 6. de quo ſupra. Item גַּר & גִּיר ſignificant miſcere: Iſaiæ 19. & Prouerb. 29. גָּרְיָא Vlcus, apoſtema. גִּיר Pampinus, uel ſemen lini. Et גִּירְין Abſynthium: Ieremiæ uigeſimo tertio.

גרב Idem quod שרר uaſtauit, deprædatus eſt: Item in pignus tradere uel trahere.

גּוּרְבָּא Pedilium. גַּרְבָּא דַחֲמַר Vaſculum ſeu dolium uini: uter, lagena: 1. Regum primo & 10.

גָּרָב & גַּרְבָּא Scabies ſanioſa: Leuitici 21. & Deute. 28. Inde גַּרְבָן ſcabioſus. גַּרְבִיתָא Idem quod צפון Aquilo: Prouer. 25. גַּרְבְּתָן Longum habens & exceſſiuum membrum. גִּרְבֵּל Inuoluere.

גרג Idem quod גרה Suſcitauit: Prouer. 6. & 10. Suſcitare prælium: Pſalmo 140. Item idem quod קטט faſtidiuit, nauſeauit: Pſalmo 37. & 139.

גַּרְגָּל Herba quædam calida ueneris excitatiua. Item Caput, ſummitas. גַּרְגִינָא Torcular.

גַּרְגַּר Granum: In plurali numero גַּרְגְּרִין Iſa. 17. Et uerbaliter, graneſcere: Pſal. 1. Item Gargir, genus herbæ. גַּרְגְּרָנִיתָא Idem qđ זוללת guloſa, edax: Thren. 1. גְּרוֹגְרוֹת Caricæ, id eſt, ficus ſiccæ. Item גַּרְגֶּרֶת eſt קנה fiſtula pulmonis.

גַּרְגִּישְׁתָּא Eſt terra argilloſa, apta pro uaſis for-

mandis,& uaſorum formis parandis:unde ſcilicet fiūt uaſa teſtacea: tertij Regum 7.& Iob ſeptimo.

גַרְגוּתָא Eſt שם בור nomen ciſternæ uel foueæ.

גַרְגוּתְנִי Tina,genus uaſis.

גרד Primo ſignificat radere & corrodere: Pſal.39. Secundo,Decorticare:Inde אַגְרִירָא idem quod קליפה cortex. Tertio ſiccare: גְרִיר ſiccus. Quarto גַרְדָאִין ſunt textores: Iud. 16. & 1. Regū 17. Quinto גְרִירָא in commentarijs capitur pro לחוד id eſt,ſolus & ſimplex:ut גְרִירָא חִבּוּר compoſitio ſimplex. גְרָדָא Ruminatio: Deute. 14. in Thargum Hieroſolymitano. גוּרְדְלִין Lupanar ſecundum aliquos. גַרְדַלְקִי Cauea.

גרדם Idem quod מעלה לרוגים Gradus tribunalis, qui fit iudicibus. Significat etiam fragmentum. Item גַרְדוּמִי capitur pro לחם pane. גַרְדָן Idem quod גרב ſcabioſus, uel נמרט Raſus ſeu caluus capite. גַרְדַם Frangere.

גרה Pars pectoris poſterior: quæ ſcilicet à capite uſq; ad coſtas deſcendit. Item גירוי eſt מירה Genus menſuræ. גְרֵז Tenere: Prouerb. 9.

גַרְזוּמִיתָא Pixis in qua ſaccharum uel confectio aliqua poſt prandium uel cœnam accumbentibus apponitur. גַרְזִנָא Bipennis: Deuter. 19.

גרם Primo ſignificat occaſionem dare:item ex facto aliquid tribuere:Inde גְרַם fatū: frequens in commen

in commentarijs. Secundo. גַּרְמָא idem eſt quod עצם Os oſſis: Ezech.37.Idem גַּרְמוֹן Prouer.12.In plu rali גַּרְמִין Dan.6. Tertio ſignificat beneplacere, delectare: & גְּרַם beneplacitum. Quarto, conducere, conferre: item cauſare, facere: Item augere: 1. Regum 12. Inde גְּרוּמָא augmentum. Quinto in comment. capitur aliquando pro informi materia: Item cum aliquo negocium aliquod perficere ſeu tranſigere coram iudicibus, uel alioquin ad finē aliquid deducere. Item גַּרְמָא Ipſemet. גַּרְמִירָא Eſt cubitalis menſura: Iudicum 3. גַּרְמוֹנִי Statera qua ferrum ponderatur. גַּרְמַנְיָא Germania: Gen.10.in Thargū Hieroſol. Et גַּרְמִינִי Germanus. גַּרְמַס Genus monetæ. גַּרְגָּק Vlcus corrodens carnem.

גרס Primo ſignificat legere, diſcere: Inde גִּירְסָא explicatio: Cant.1. & חַגְרְסָא doctrina. Secūdo גְּרִיס idem eſt quod חצי פול faba fracta. Et גְּרוּסַת fractura. Tertio אוֹגְרִיס ſignificat fortificare: Prouerb. 8. & exaltare: cap. 18. eorundem. Item גַּרְסָן idem quod מָמוֹן Subſtantia, opes, facultas.

גרע Subtraxit, diminuit: Inde גְּרָעוֹן & מִגְרַעַת ſubtractio, diminutio. Item גְּרִיעוּת capitur pro contemptu & uilitate: in commentarijs. Sic ג גריעות הארץ inertia uel uaſtitas terræ. Item גרעינים ſunt grana, ut ſunt grana arborum uel ſeminum: & eſt uſus eius apud magiſtros in commentarijs.

גרת Primo ſignificat uerrere & ſcopare, Germanice סירין Inde מַגְרוּפָא Scopa. In plurali מַגְרוּפְיָתָא Idem quod יעים Exod. 27. & 3. Regum 7. Significat ſecundo idem quod משך traxit. Tertio גָרַת eſt matula, uas ſtercoris. Quarto גְרוּפִית capitur pro ענת ramo ſeu plantula.

גְרִיצְתָא Idem quod כבר uel חלת Torta ſeu placenta panis, cruſtula, lagana: Prouerbiorum ſexto. In plurali num. גְרִיצַן דִלְחֵים tortæ panis: 1. Regum 10.

גַרְסִי Eſt שלא בישל fructus immaturus.

גַרְתָא Genus auis. גִירְרָא Abſynthium: Prouerbiorum quinto. גַרְתִיקוֹן Eſt id quo argentũ nigrum album efficitur. Item Reſina.

גשש Primo ſignificat משש בעורים בקיר palpare muros ut cæci faciunt. Inde אִשְׁתַּגְשַׁג motus eſt ut ebrius. Secundo ſignificat manus conſerere: Item corrumpetere. Tertio, operã dare, uacare, occupari. Item גוש gleba. Et גַשׁוֹשׁ eſt lignum longum, habens gradus per quod in naues conſcenditur.

גְשִׁישִׁין Sunt ligna partes lecti connectentia.

גשם & גוּשְׁמָא Idem eſt quod גוה corpus: Pſalmo 22. Et גַשְׁמוּת corporeitas. Significat etiam adhærere, coniunctum eſſe: Inde גְשֵׁם res alteri coniuncta. גְשַׁת Alterare, corrumpere.

גוּשְׁפַנְקָא Idem quod טבעת uel חותם anulus, ſigillum: Eccleſ. primo. & Eſter tertio.

גשפק

גַּשְׁפַּס Endromys, ueſtis hirſuta & uilloſa.

גַּשְׁקָר Furfur & ſtuppa ſerici. גֶּשֶׁר & גְּשַׁר eſt קורה trabs & pons ex trabibus factus. Vnde Nahū ſecundo גִּשְׁרֵי נַהֲרָוָתָא pontes fluuiorum. Inuenitur etiam hoc uocabulum in iſto ſignificato in commentarijs. Item גִּישְׁרָן tabulæ: Ezechielis 27.

גִּישְׁתָּא Calamus oblongus, quo extrahitur uinum è dolio. Significat etiam palpare.

גִּיתִּין Sunt proprie הבהמות דקות pecora minora, ut ſunt oues & capræ: Ioſue 14. maiora uero uocantur בעירין & בהמות id eſt, iuméta. מָרֵי גִיתִּין paſtor pecorum: 4. Regum 3. Item גִיתֵּי Vis, uiolentia, ſuperbia.

סליק. ערך גימל

רָא & חָרָא Hæc uel hoc:idem quod Hebraice זֹה uel זאת ut אַרְעָא חָרָא Terra iſta:Ioſ. 17. Inde כְּרָא taliter:Iud. 8. Item רָאִי Certum: וְרָאִי Certe: כראי Conueniens: יוֹתֵר מִרָאִי plus æquo,iniuſte:frequens in commentarijs.

רָאִיב Fluxit:Pſal. 105. Inde רוֹבָבָא fluens,fluxum patiens: Leuitici 15. Item dolor: Pſal. 107. Idem רַאֲבוֹנָא Iob 41. Significat etiam רְאֵבָא & רֵיבָא lupum: Iſaiæ 11. דְּיאַסְטְרִיטָא Vas uitreum magni precij. רָאִיךְ Conterens: רָאִין Iudicans:quorum radices ſunt רך דך & דן

רַב Idem quod זב Fluxit: Pſal. 78. Item רְבַב odiuit,inimicatus eſt: Inde רְבָבָא Odium, inimicicia: 1.Re. 2. Idem רְבָבוּת Eze. 35. & רְבָבוֹ cap. 25. eiuſdē. In plurali רְבָבִין Hinc בַּעֲלֵי רְבָבָא. inimici: 1.Regũ 2. Item רִיבְבַיָא muſcæ: Iſaiæ 7. רַבְרְבָן Eſt אשכול של ענבים palmes uuarum.

רָבַח Sacrificauit,uictimauit: Inde רְבַח רַבָּא Sacrificium magnum: Iud. 16. Idem רִבְחָא Inde מַרְבְּחָא altare: Ioſue 8. נִרְבָּבִין Ezræ 6. Vbi nos habemus ordines, Ra. Salomon exponit כתלים parietes. In ſingulari נִרְבָּךְ ibidem. רְבִילָא Eſt חלות תאנים Carica,maſſa aut paſta ficuum compreſſarum: Iud. 9. & 1. Regum 25. רִבְסָא Glutinum, Germanice לײם Iſaiæ 41. Verbaliter אַרְבִּיס apprehendit

hendit: Iud 18. Inde מַרְבְּקֵי יְדַיִן Iuncturæ manuum, hoc eſt, humeri uel ulnæ ſub quibus ponimus ceruicalia: Iere. 38. & Ezech. 13. Item רְבֵקוּת Continuitas, conſtructio: in commentarijs.

דבר Primo ſignificat ducere, minare: Inde מְדַבַּר Dux, ductor: Deuter. 1. & 31. מְדַבְּרָא Gubernans, regens: Prouerbio. 11. Rector nauis: in ſecundo Thargum Eſter. Secundo דְּבַר idem eſt quod לקח tulit, accepit: Ioſue 7. In fœminino דְּבָרַת Gen. 30. Item Prædatus eſt: Numeri 31. Tertio מַדְבְּרָא eſt deſertum: 1. Regum 13. Inde adiectiuum מַדְבְּרִיּוֹת חֵיוֹת Animalia ſylueſtria. Quarto דַּבְרָא eſt ager, campus. Quinto דַּבַּר Loquutus eſt: Inde דִּבּוּר Locutio: דַּבְרַיָּא Verba: Pſal. 147. דַּבְרָנִי Loquax. מְדַבַּר Rationalis, differentia hominis. Item דִּבְרַת Dan. 2. idem eſt quod סבת cauſa. Dicit etiam kimhi Iudic. 16 quod דְּבִיר in lingua Perſica idem eſt quod ספר liber.

Sexto דְּבוֹרְתָּא eſt apis: In plurali דְּבוֹרְיָתָא Iſaiæ 7. & Iud. 14. Septimo דְּבַר ſignificat conſulere: Inde מַדְבְּרָנוּתָא conſilium. דַּבְרֵי Idem quod מסיירי præfecti, duces: Dan. 3. & 4. דוּבְשָׁא & דְּבַשׁ Mel: Iud. 14. & 1. Regum 14. דוּבְשָׁק Stagnũ uel riuus.

דוגא & in plurali דְּגוּגַיִית ſunt ספינות קטנות nauiculæ, nauigia ex ſcirpis facta: Iſaiæ 18. & Amos 4. דַּגַּל Mentitus eſt: Prouer. 16. Inde דִּגְלָא mendacium: Et סַהֲדָא דִיגְאֲלָא teſtis falſus: Prouer 19.

o Nomen

רַגְלַת Nomen fluminis. ריגון Diangulus.

רוגמא Similitudo, exemplar: apud Ra. Sal. Cantic. 3. Item eſt myſticus intellectus, & obſcura ſententia, qua prophetæ plerunque ſunt uſi. Autor Aruch exponit דמיון id eſt, parabola, ſimilitudo.

רְגוּר Aceruus, cumulus: Gene. 31. In plurali רְגוּרִין 4, Regū 10. Et uerbaliter ſignificat calefacere, oua confouere: Iob 39. רַגְשׁוּת Grauitas: in commentar.

רוגית Nauicula: In plurali רוגיות Iſa. 18. in Kimhi.

רדד In plurali רַדִּין ubera: Iſa. 32. Item רוֹדַנְיָא prouincia ſic uocata: Gen. 10. in Thargum Hieroſ.

רְדִיבָא Idem qđ זבוב muſca. רַדְבָאוֹת Idem quod מצבות גבוהות ſtatuæ altæ, coloſſi.

רהא Diſſoluit. רְהַב & רַהֲבָא aurum: Iud. 8.

רְהַךְ aut potius רחך ſubſannauit: Iob 22.

רְהַן Pingueſcere: Iſa. 34. Inde רְהִין pinguis: Pſal. 92. רוּהֲנָא & רִיהֲנָא pinguedo: Prouerb. 3. & Pſal. 65.

רו Sunt duo. רְוָא & רְוֵי uidere, intueri.

רובָא Vrſus: 1. Reg. 17. In plur. רוּבִין 4. Re. 2.

רורָא Olla, lebes: In plurali numero רוֹרַיָּא ollæ.

רְוָה & רְוֵי Doluit, mœſtus fuit: Iere. 15. Inde רְוֵי mœrens: 3. Regum 20. רְוָנָא Triſticia, dolor: Iſa. 35. Idem רְוָתָא Iob 6. In plurali רְוָוִן Iſaiæ 38.

רְוַז Exultauit: Prouerb. 23. רוח Violans, ut רוח את חשבת Violans ſabbatum: 1. Re. 21. in Kimhi. Capit̃ etiã Leu. 21. ꝓ ſubtili pelle quæ naſcit̃ in oculo.

idem

רוּבְתָא idem quod מָקוֹם locus: Prouer. 25. & 27.

רַוְולָא Hauſtus, à רוּל de quo infra.

רוּץ Exultauit, gauiſus eſt: Iſa. 16. Inde רִיץ gaudium: Iſa. 32. Et אוּרְיצוּתָא lætitia: Pſalmo 51.

רַוְוסָא & רַוְצָא Maxime, præſertim: à uerbo רַיֵס Attente conſiderauit: Inde בְּרִיוּק Præciſe, apprime: Et סְפָרִים מְרוּיָקִים libri correcti: frequens in cóment.

רוּר Peregrinatus eſt, habitauit: Inde מָרוֹר habitaculum, manſio: Deuteronomij 33. Plur. מְרוֹרִין habitacula: רַוָּר Magiſter curſorum. רוֹרָא & רוֹרוֹנָא Græce δῶρον donũ. רַוָּשׁ Idem qđ חִילוּר conſuetudo, uſus. רוּת Idem quod בּוֹר ciſterna.

רָחַת Primo idem eſt quod רחץ lauare: Iſaiæ 4. Secundo, repulit, amouit: 4. Re. 4. & Iſa. 22. Sic רַחַת in commentarijs, oppoſuit, confutauit: Inde רְחִיַּת הָאַוִיר propulſio aëris. רַחוֹתֵי לִבָּא Commotiones cordis: Pſal. 62. Item רַחֲוָן Idem quod כְּלֵי זֶמֶר inſtrumenta muſica: Dan. 6. ubi nos cœna.

רְחַךְ Riſit, ſubſannauit: Pſalmo ſecundo. Inde רוּחֲכָא Riſus, irriſio: Iob 34.

רְחַל & רְחִיל Timuit, formidauit: 1. Regum 12. & Ioſue 9. Inde רַחֲלָא pauor: Iſa. 19. & רְחִילָא & רְחַלְתָא timor: Iere. 30. & Ioſue 14. Item רְחִילָא terribilis: Deut. 7. Vocatur etiam ſic deus à timore qui ſibi debetur: Gene. 5. & 6. &c. Plural. רַחְלָן dij: Exodi 32.

רְחַן Milium, genus frumenti: Ezech. quarto.

 Idem

רְחַס Idem quod חבביר Aggrauauit,preſſit,coartauit. רְחִיפָה Expulſio,eiectio: in commentarijs. Videtur etiam ſignificare ſubſannationem : Prouer.1.

רחק Primo ſignificat feſtinare: Ioſ.10.primo loco. Secundo opprimere,moleſtare, affligere: idem quod לחץ Iud.1.& 4. Inde אִרְחִיק Oppreſſus eſt: 1.Regum 14. מַדְבְּחָא רַחִיק Altare anguſtum: 3.Regum 8. Item רְחוֹק & רוּחֲקָא afflictio: 4. Reg.13. דִּיטַגְמָת & דִּיטַגְמָאָה Epiſtola,edictũ:Idem quod דת ſtatutum,Eſter 3.& 8. רְטִילְמַסִּיָא luxurioſi.

דִּי Relatiuum qui,quæ,quod, affixum & ſeparatũ, licet frequentius dictionibus adhæreat:ut דִּבְרָא Qui creauit : Iſaiæ 42. דִּיעַל Quæ ſuper, &c. Conſtituit etiam genitiuum & datiuũ pronominum : ut דִּידִי mei: דִּידֵיהּ eius: לְדִילִי mei uel mihi: דִּידָךְ tui: דִּידָן noſtrum. Fungitur etiam officio coniunctionis ꝙ : ut דִּישְׁרָא ꝙ habitauit: Ioſue 22. עַד דִּי Vſquequo: Iſaiæ 42. Item דַּי Aſperſit: Leuitici 4.

דְּיוֹתָא Atramentum: Ier.36. דַּיְבָא Fluens:de quo ſupra. דְּיוֹתָא Ciconia. דַּיוֹגֵי duo pares.

דְּיוֹסְטַר Gemina ſpelunca. דַּיְיָט Idem quod עלייה Tabulatum,uel ſolarium.

דְּיוֹטְרִיטוֹן Duo latera. דְּיוֹטְרוֹטִין Mendici.

דַּיוֹמָר Duæ columnæ. דְּיוֹמָן Sufficientia.

דַּיוֹסְטְרָא Biceps,uel habens duo latera.

דַּיוֹסְטְרוֹס Pronus. דַּיוֹסַק Duo ſacci.

Calamus

דיופי Calamus retortus duo habens ora, per quē uinum extrahitur de uno dolio in aliud.

דיופטא Pallium duplicis figuræ, uel tapetum.

דיופלי Duo ciues miſſi. דיופלסטון Duplex palatium. דיופרא Arbor bis in anno fructificans.

דיופרצופי Duæ effigies. דיוקנא Idem qđ צלם imago, figura: Pſalmo trigeſimo nono.

דיטרוט Vas uitreum precioſum.

דיכי Iſta, iſtæ: ut כיפא דיכי Petra iſta: Iudic. 6. פלשתאה דיכי Philiſtæus ille: 1. Reg. 17. Et שונמית דיכי Sunamitis iſta: 4. Regum 4.

דייל Magiſter domus, miniſter uectigalis.

דין Iſte, ille: ut טורא הדין Mons iſte: Deuter. 1. In plurali דנן Iſti: Ioſue 22. Item דיין altercauit, litigauit: In fœmin. דינא Iudicum 4. Inde דינא Iudicium: Ioſ. 20. דיין iudex: 1. Reg. 24. In plur. דיינין 1. Reg. 8.

דייסא Idem quod חטים בתושים triticum contritum, pulmentum triticeum.

דייצפי Species auis. דייספק Eſt רגל חבכא Pes ſolij: aut ſecundum alios, currus, plauſtrum.

דייר Incola: Gen. 23. peregrinus, habitator: In plurali דיירין Leui. 19. Et in conſtructione דיירי ארעא Habitatores terræ: 1. Regum 17. דיור Cultura, colonia: Gene. 44. דיר & דירא ouile: Iere. 49. Stabulum: 2. Regum 7. In plurali דירות habitacula: Idem דירנות Ieremiæ 9. Eſt etiam מדורא habitaculum

lum: Iſa.22. Item דִיר eſt corona,circulus: Exo.25.&37.
רְיֵית Sudauit: Iob 9. דַיְתָא Miluus: Leui. 11.
In plurali דַיָתָא Iſa.34. דַיְיתֵק Eſt inſtrumentũ
contractus,teſtamentũ, כפר ſcheda aliqua ſcripta.

רך & רוך Primo,contudit,comminuit: Inde רוּחַ
רְכִיכָתָא Spiritus cõtritus: Prouer.17. Et מְרוּכְתָא
Mortarium: Num.11. Secundo רַך eſt idem quod
זאת iſta: ut קִרְיְתָא רַךְ Ciuitas iſta: Ezræ 4. In maſc.
רַךְ Iſte: eiuſdem 5. capite. Idem דִיכִי de quo ſupra.
Tertio רַכִּי eſt idem quod זר purificauit, emundauit: Leuit.8. Inde רְכִי mundus: 1. Regum 20. Idem
רְכִיכָא Iſa.65. In fœminino genere רַכְיָא munda: Ezechielis 22. רְכִיתָא Immaculata: Canticorum ſecundo.
אִיתְרַכְיָא Purificata eſt: 2. Regum 11. Item רְכִיוָנָא
אוֹרְחָא Immaculata uia: 2. Regum 22. Quarto ר
רוּכְתָא Idem eſt quod מקום locus: de quo ſupra.
Quinto רוּך eſt dux: & רוּבָא thalamus: In plura.
רוּבַן Ezech.42. Item רִיכְוָן Caulæ ouium: Num.32.
רִכְמַת Qualitas,ſimilis.

רבן Pronomen demonſtratiuum, ille, iſte: ut קֶ
קַרְנָא רִבַן Cornu illud: Danie.7. Et רְבַן impinguauit: Prouerb.11. Item רוּבַן Suggeſtũ,tribunal.
רוּבוּס Idem quod שר dux, princeps: Et רוּבְסוּת
Idem quod פלך ducatus: in commentarijs.
רוּבְסָן Petulans,laſciuus.
רַבְסְמָן Limes,ſemita,uia.

Eſt

רובכוסטוס Eſt חקלת שחוסר השיער coriū priua‑tum pilis: ſiue pergamenum ex parte carnis, ubi non ſunt pili. רַבְכוּסַיָא Sunt cuſtodes muri, præuidentes ne exercitus irruant in ciuitatem.

רוּבִיםַת Gallus ſylueſtris.

רבר & in Hiphil אַרְבַר & in Niphal אִירְבַּרְתָּא omnia, recordatus eſt, ſignificant: Iudicū 15. & Pſal. 65. Inde רֲבְרָן & רִבְרוּנָא & רוּבְרָנָא Memoria, hiſtoria: Ezech. 25. & Exod. 28. In plurali רוּבְרָנִין hiſtoriæ, monimenta: 2. Regū 8. Secundo רְבַר & רְבוּרָא Idem eſt quod זכר maſculus: Gen. 1. & Iudicum 21. Tertio רִיבְרָא Idem eſt quod איל aries: Exod. 29. In plurali רִבְרִין שַׁלְמִין arietes integri: ibidem.

רלל Leuauit: Canticorum 2. & Iſa. 10. Item ſuſpendit: Eſter 1. Idem רִלְרַל Inde רָלַת idem quod גפן Vitis alta & ſuſpenſa. Item רְלִיל eſt idem quod חבל funis, filum. Secundo רְלָא ſignificat haurire: Exodi 2. Inde מִירְוָל Situla: Iſa. 40. & רְלִי urna: Sic etiam Hebræi uocant ſignum illud cœleſte quod Latini aquarium uocant. רְלוּב Idem quod ערמון castanea, aut platanus: ut alij putant. רְלַח Idem quod פחד Pauit, timuit: Inde רְלוּחָא timor: Pſal. 13. רִילָטוֹר Idem quod רכל delator, accuſator: uel חנף hypocrita: Iob octauo, & 13. רִלְמָא Idem quod פן id eſt, Ne forte, ut non: Gen. 2. רַלְמַטְקִין Dalmatica, chlamys: Germanice קָפָא id eſt, Cappa. Alij

Alij dicunt caliga. דְלוֹס Vicium, defectus.
דְלוֹסְקוֹס Idem quod תיקא theca, pera.
דָלַע Græce, idem quod קִיקָאוֹן Cucurbita.
דְלַח Primo ſignificat רמע ſtillare, lachrymare: Pro uerbior. 19. Inde דַלְפָא ſtillicidium: ibidem. Et דִלְפָא ſtilla, gutta. Secundo דַלְפַּח idem eſt quod חיבור coniunctura, copulatio. דַלְפַס Inſtrumentum ligneum, in quo ponuntur uaſa uinaria.
דְלַק Primo, accenſus eſt: ut נור דַלְקָא ignis ſuccenſus eſt: 2. Regum 22. In Hiphil אַדְלִיק ſuccendit: Iudicum 9. Inde דַלְקְתָא incendium: Exo. 22. Item infirmitas magni ardoris: Deut. 28. Secundo ſignificat perſequi, calumniari, &c.
דולְרַיָא Dolores, infirmitates.
דם Primo idem eſt quod חשר ſuſpectũ habuit: Item putauit, exiſtimauit: Iud. 11. Secundo דַמֵי Aſſimilauit: Geneſis 49. Inde דַמֵי Similis: 2. Regum 7. דְמוּתָא & דְמוּת forma, ſimilitudo, exemplar: Gen. 1. Et in commentarijs, דִמְיוֹן alquando capitur pro ſpecie rei quæ ſenſui offertur. Tertio דְמָא eſt ſanguis: Ioſ. 20. Quarto דָמִין eſt precium, moneta: 2. Regum 24. Vnde Gen. 23. דְמֵי בַסְפָא precium argenti. Item רומי Infamia. Et חָרָמִין Daniel. 2. Rabbi Leui exponit נתחים fruſta, membra diuiſa.
דְמָאִי Sunt fructus de quibus an datæ ſint decimæ incertum eſt. רוֹמִין Dominus: in commentarijs.
Occubuit

רְמִרַם Occubuit. רְמוּרוּם Occaſus.
רְמִרוּמָא Rubedo. רְמִחַבָל Habens teſticu-
los attritos: Deut.23. רוּמַחְסָרִים Eſt שר ממונה
על המתים princeps conſtitutus ſuper mortuos,ange
lus mortuis præfectus. רְמָמִין Demittens.

רמך Idem quod ישן Dormiuit, iacuit, ſopora-
tus eſt: Inde רְמוּך ſomno oppreſſus:1. Re-
gum 26. Et מִרְמִבָא accubitus: Gene. 3. in Thargum
Hieroſolymitano. Item Cubile:Iob 33. Et רְמִכִין Cubi
lia: Pſalmo 149. רימוס Primo idem eſt quod
מס genus tributi: Eccleſ.12. in Ra.Salom. Secundo
רְמִסִיָא ſunt thermæ,balneum minerale: Eccleſ.2.
Tertio capitur pro צורה forma, figura: Item pro
צלם idolo. Quarto pro משפט more uel conſuetu
dine. Quinto רימוסא eſt ærarium,fiſcus. Item ca-
pitur pro ſecuritate ſeu ſaluo conductu: & רָמוֹס pro
exercitu: & dimus pro licentia.
רימסונאי Sunt שלטונין domini, potentes.

רמע Lachrymatus eſt: Inde רְמִעְתָא Lachry-
ma: In plurali nu. רְמָעִין Pſalmo 88. Item
רַמַשְׂקָאָה Damaſcenus, aliquis ex Damaſco: 2.Re.15.

רן Iudicauit: Iudic.3. רַיָין iudex: de quo ſupra. Si-
gnificat etiam רָן dolium, & רוּנָא donum.
רְנָא Idem quod לחש meditatus eſt, muſſitauit:
Prouer. 8. רָנִין meditantes: Pſalmo 37. רַנְבָא &
רונב idem quod זנב cauda: Iudicū 15. & Iob 40.

p Eſt

דָּנָא Eſt רת של רב id eſt, alicuius magni hominis lex & conſtitutio.

דנה Idem qđ' ואת haec,iſta: ut דְּנָה פַּרְשֶׁגֶן iſtud exemplar: Ezræ 4. Idem דְּנָן ut אוֹרְחָא דְנָן Via iſta: Pſalmo 32. quod etiam aliquando pluraliter accipitur: ut דְנָן עַשְׂרִין שְׁנִין Iſti uiginti anni: Gen. 31.

דוֹנַטִיבָא Idem ſignificat quod מתנה donatiuum, à latinis mutuo acceptum.

דנח idem quod זרח Ortus eſt, ex oriente prodijt. Inde מַדְנַח שִׁמְשָׁא Ortus ſolis: 4.Regum 10. Et מַדִינְחָאָה orientalis: Ieremiæ 26.

דְּנוּגְסָא Imago: Pſalmo 38. דַּנְסָט Exactor, creditor. דְּנַע Clamauit,ingemuit: Ezechiel.36.& Malach.2. Item ſucceſſit. דִּינַר Denarius: in plurali numero דִּינְרִין 4.Regum 5.

דסטורן Eſt חשרח אצלי ager uel campus iuxta me: id eſt, prouentus qui ex horto leuantur. דְּסָק Idem quod איגרות של רשות literæ executoriales,licentia literis expreſſa.

דִּסְקָס Idem quod שלחן menſa,diſcus,ſcutella.

דִּסְקוּפְלָן Diſciplina, Idem quod מוסר à Latinis mutuatum. דִּסְקַר Diſcus,uel ſcutella. Et דִּסְקַרְתָּא eſt ciuitas quædã in captiuitate. דִּסְתָּן Idem qđ' חלק pars. דִּסְתְּקָא Capulus gladij: Iud. 3.

דעדק Idem quod דק tenue, minutum: Exôdi. 16,& Leuit. 13. Item דְּעַם idem quod אותו eum,

eum,tam & ſi componatur ex coniunctione & præpo
ſitione: Leuit. 13. רְעַךְ Extinxit, idem quod זער
ſuccidit: Iob 17. Inde רָעִיךְ extinctus: Iſa. 43.
מִרַעַם Idem quod מאומה quicquam, aliquid, res,
Iud. 14. & 19. רְעַץ Fixit, infixit: Gen. 30.

רַפָּא Idem quod נסר tabula: In plurali nu. רַפִּין
Ezech. 27. Capitur etiam in commenta. pro
charta & folio libri. רְפַל Miſcuit, conſperſit: Exo
di 29. Inde סוֹלְתָּא רְפִילָא Simila conſperſa: Leuitici 2.
Significat etiam duplicare: Inde רַפְלוֹן duplex, dupli-
catum. רַפְלַמְטָר Eſt כלי עץ תיבת Inſtrumen-
tum uel uas ligneum inſtar capſæ. רוּפָן Eſt בכן
של אשת uenter mulieris, qui eſt quaſi כותל paries: la-
tus, coſta: In plurali רפנות in kimhi: Iere. 4. Item uer-
baliter percutere. Item רַפְנִי Laurus, Græcum ſcilicet
δάφνη. Quo nomine etiam uocatur קנח calamus. Eſt
præterea רְפָנֵי locus quidam: Numeri 34.

רַפַּס Formauit, modulis expreſſit, typis adum-
brauit: Inde רְפוּס exemplar, imago, typus,
forma. Item modulus uaſorum, ut habent cantrifuſo-
res. Hinc רוּפֵס typographus ſeu chalcographus.

רְפַס Primo ſignificat pulſare: Inde in commenta-
rijs רְפָס הַגִּידִים pulſus uenarum. Secundo רופס
in miſna eſt ſepulchrum lapidibus extructum.
Tertio רַפְסְתָּא ſunt ilia. רִיפּוּר Dos, donum.
רַפְתָּר Pergamenum non perfecte aptatum.

דוץ Primo idem ſignificat quod נעץ infixit, fixit. Secundo ſignificat lætari. Tertio דִּיצָא eſt camelopardus: Deuteronomij 14.

דוק & אוֹדִיק Primo ſignificat uidere, proſpicere: Iſa. 14. Secũdo דְּקַק & דְּקְדַק ſignificat comminuere, contundere, attenuare: Iob 9. & Exo. 10. Inde דַּקִּיק comminutum: Deuter. 9. Tenuis: Iſa. 29. Idem מְדַקֵּק Item דּוּקָא & דּוּקָא palea: Iſa. 28. Minutum aliquid quod in aère uolat: eiuſdem 40. Et דַּקּוּת ſubtilitas. Item דְּקַדֵּק proiecit, quaſſauit: Iſa. 21. Apprime curauit, ſubtiliter exquiſiuit, diſputauit: inde דִּקְדּוּק Grammatica: Cantico. 5. ubi dicitur quod lex domini profert דִּקְדּוּקִין & טַעֲמִין ſicut hortus aromata.

דּוּקִיָּא Panniculus oculi, albugo: ſic דּוּקָא pellicula ſubtilis lippum reddens oculum: Leuiti. 21.

דַּקָּא Idem quod δέκα id eſt, decem.

דַּקָּא Sedile. דַּקִּיוֹן Iniuria.

דִּקְלָא Primo ſignificat palmam arborem: In plur. דִּקְלִין Dactyli. Secundo דִּיקוּלָא eſt idem quod כל caniſtrum. Tertio דְּקִילָא eſt triticum contuſum: 2. Regum 17. Quarto דִּיקוּלָא eſt idem quod רתיחה bullitio, feruor. דּוּקְלִיטִיאָנוּס Diocletianus. דַּקְלִיקוֹס Aduocatus.

דְּקַן & דִּקְנָא Barba: 2. Regum 10. דַּקָּר Clauus acutus. דִּיקְרָא Latus. דִּיקוּר Congregatio auium. דִּקְרְטִיס directus. דַּקְרָן furcula, ſplendor.

דר

דָּךְ Primo ſignificat diſpergere: Iſa. 41. Inde מִדְרָא Sparſio: eiuſdem 30. Secundo eſt idem qđ גּר habitauit, peregrinatus eſt: Gen. 35. Item peregrinus: Iud. 17. Inde מְדוֹר habitaculum: Iſa. 34. In plurali מְדוֹרִין idem דִּירִין eiuſdem 32. דִּיר רַעֲיָן habitaculum paſtorum: Iſa. 32. דַּרְתָּא & דָּרַת atrium: 3. Reg. 6. In plurali דִּירָוָות habitationes: Iere. 33. & דַּרְוָות Ioelis primo. Tertio דַּר & דָּרָא ſignificat ætatem, generationem, & duratione͂: Iud. 2. In plur. דָּרִין Iſa. 51.

Quarto מְדוּרָא eſt focus: Iſa. 30. Item דַּרְתָּא idem quod חצר uilla: 2. Regum 17. מְדוֹאַר Currens. curſor. דוּר Dentium dolor. דוּרָא Vermis. דוּר Filorum perplexio. דִּירָא Vermis frumenta arrodens. מְדַיֵּיר Stabularius: & uerbaliter ſtercorare agrum. דָּרָא Linea, ſeries arborum uel aliarum rerum. דּוֹרִיוֹת munera, &c.

דּוֹרְבָנָא Furfur: Item cuſtos: Iob 34.

דַּרְגָּא & דַּרְגִּיתָא Gradus: Eſter 1. & Cantic. 2. Capitur etiam nõnunquam pro פסיעה paſſu uel greſſu. In plurali דַּרְגִּין 3. Regum 10. Item דרגון ductor. דַּרְגִּישָׁא Lectus, ſtratum: Eſter 7. In plurali דַּרְגְּשִׁין Ezech. 23.

דְּרַךְ & דוּרְדָא Eſt שמרים של יין Fex uini. Verbaliter uero דְּרַר Idem eſt quod רשן incinerauit: Numeri 3. דַּרְדָּג Idem quod יצק Fudit. דַּרְדַּק Idem quod נער puer, uel צעיר paruulus, iunior:

iunior: In plurali דַּרְדְּקִין Iob 29. Hinc dictionarium uocant מִקְרֵי דַּרְדְּקֵי quaſi lectionem puerorum.

דַּהֲבָה Munus, donum. דַּרְיוּתָא Vetula.

דַּרְדּוּר Tina.

דָּרֶךְ Via, mos, conſuetudo: & eſt Hebræum. Porrò in commentarijs frequens eſt pro, Per modum, uel cauſa: ut דרך תפילה per modum orationis: בדרך נבואת per modum prophetiæ: דרך כבוד cauſa honoris. מַדְרוּכִיתָא Eſt מקום דרוך locus conculcatus: 1. Regum 14. Porrò uerbum דְּרַךְ ſignificat calcare: Deuter. 1. דַּרְכְּמוֹן Dragma, aureus, monetæ genus: Ezræ 2. דַּרְלְמוּס eſt דבר peſtis.

דָּרוֹם & דָּרוֹמָא Auſter, meridies: Ioſ. 10. Inde אַרְעָא דָּרוֹמִית Terra auſtralis.

דִּרְמִיטָא Dormitatio, ſopor. דַּרְמְלִיס magna platea. Item idem quod אנדרומוסיא peſtilentia, peſtis. דַּרְמֶשֶׂק Damaſcus. דַּרְמַסְקָן Prunum Damaſcenum. דָּרָן Vermis. דּוֹרוֹן Donum, munus: ſic דּוֹרוֹנָא ſacrificium: Pſal. 20.

דְּרַס Calcare more auium rapacium: unde עופות דורסים Aues dilacerant aues: Et דָּרָס Auis rapax. Significat etiam findere, incidere. Item comprimere: ut תאנים דרוסות Ficus compreſſæ in modum maſſæ. דְּרוֹסְמִילוֹס Platea.

דְּרַע Primo idem quod זרע ſeminauit: Eccleſ. 2. Inde דְּרַע Semen: primi Regum ſecundo.

Secundo

Secundo דְּרָעָא & אֶדְרָעָא eſt brachium : Pſalmo 89.& Deuteronomij 4.In plurali דַּרְעִין 2.Regum 1.

דַּרְפְּתָּס Idem quod נדן Vagina.

דַּרְצִין Eſt עץ בשמים Arbor aromatica rubea.

דְּרַס Idem quod זרק Sparſit: Iob 2. Item דַּרְסָא Exercitus : & color ſubuiridis. Et דַּרְקוֹן idem quod נחש ſerpens,draco,à Latinis mutuatum.

דוּרְקְטִי Generatio ſemiſterilis.

דַּרְדָּא Primo Idem qđ עיקר radix,fundamentum. Secundo capitur pro dolore.

דְּרַשׁ Concionatus eſt,prædicauit,definiuit,determinauit,expoſuit: Inde מִדְרַשׁ & מְדְרַשׁ patrum interpretatio,prædicatio,ſermo,homilia.Idem חַדְרַשׁ & דְּרַשׁ Et eſt libera quædam locutio & uaga diſputatio ubi non modo ea tractantur quæ ad libri alicuius faciunt expoſitionem,ſed & quicquid in buccam uenerit nacta occaſione effutitur. Inde בֵּית מִדְרְשָׁא Domus ſtudij,ſchola. Inde דַּרְשָׁן Prædicator : דְּרָשָׁה inquiſitio,indago,&c.

דָּרָת Atrium: de quo ſupra in uocabulo דר

דַּרְתָּנָא Suſurrator: Prouerbiorum 16.

דַּשָּׁא Primo ſignificat oſtium,ianuam : Iudic.19. In plurali numero דַּשִּׁין fores : 1. Regū 23. Secundo דַּשׁ ſignificat calcare,conculcare: 3. Reg.2. Triturare, excutere: Iudicū 8. in fœmin. דָּשַׁת Ruth 2.

Et du-

Et duplicatur aliquando Schin, ut Iudicũ 5. רוּשְׁישַׁת נַפְשִׁי Conculcata eſt anima mea. רִיָּשָׁא Tritura: Leuitici 26. Tertio eſt idem quod שתק ſiluit, tacuit.

רִשְׁרֵשׁ Hæſitauit, uacillauit ut ebrius: Iſaiæ 19. ubi kimhi exponit גלגל in orbem tranſijt, ut ebrij faciunt. Item מְרַשְׁרַשׁ Conculcatus: Iſa. 14. Et רוּשַׁשׁ Contriuit, comminuit: 2. Reg. 22. רִישְׁבָא Remuneratio.

רִשְׁרָא Secundum autorem Aruch eſt שיפון legumen ſeu frumentum quod אישפלתא id eſt, ſpeltam uocant. רַשְׁתְּנָא Mulier patiens menſtruum: nomen Perſicum.

רָתָא Lex, ſtatutum, decretum: idem quod חוק Ezræ 7. & Danie. 2. In plurali numero רָתִין edicta: Ezræ 8. רִתְאַח Germen herbæ: Deu. 32. Et יָרוֹק רִיתָאַח Herba uirens: 4. Regum 19. In plurali רִיתָאִין Iſaiæ 66. רְתַבְרְיָא Optimates, potentes, magnates: Dan. 3. רְתַן Pingueſcere, pinguedo.

סליק ערך רלת

חָא Ergo, igitur, eia, idem ſcilicet quod חבח Deinde ſignificat etiam idem quod חנח ecce: Ioſue 2. Idem חָא Dan. 2. Inuenitur etiam in ſecundo Thargum Eſter בְּחָא שַׁעְתָּא in ipſa hora. Item חָאן Idem quod איפח ubi: Iob 4. & 38. Inde מִן חָאן unde, à quo loco: Pſalmo 121. חֲאִיק Fodit, cauernam fecit: Iob 24. חֲאִיתָא Butyrum: Prouerb. 30.

חָב Idem quod נתן dedit: 4. Regum 23. & Iere. 31. חֲבָאִי Idem quod גוזמא hypbolica ſeu exceſſiua locutio. חוּבַאי Spina, idem quod שמיר uepres: Iſa. 27. Item urtica: Iob 30. חֲבְחַב Idem quod חרך באש uſtulauit, torrefecit in igne: Exodi 12. Significat etiam idem quod נענע mouit ſeu agitauit caput. חֲבְטַח additamentum muri ſuper quo ponitur tignum uel trabs.

חֲבַל Primo ſignificat calefacere: Inde חֲבלוּת calefactio: Et חֲבַל פּוּמָּא halitus oris: Pſal. 90. Secundo חֲבָלִי & חֲבלוּתָא & חֲבָלָא ſignificant uanitatem: Eccle. 2. & 9. Tertio חֲבִיל idem eſt quod לאלתר mox, illico. חֲבְלִילָח Locus in uentre, plures habens cōcauitates. חוּבַר Diſperdidit, hiphil à uerbo אבר periit. חֲבְבַן Idem quod בבן tunc: Pſalmo 69. חֲבִירָא Primo idem ſignificat quod חשר caligo, tenebra: Prouerb. 7. Secūdo חֲבָרָח eſt ſonus, uox, tonus, quem damus cuiq; uocali proprium. Tertio

q חוּבְרִי

חוֹבְרֵי שְׁמַיִם ſunt aſtrologi, diuinatores, augures.

חגא Primo ſignificat diſcere, interpretari: deinde loqui, meditari: Inde חֶגְא Meditatio, loquutio, prolatio, ſonus oris: Iob 37. חִגָּיוֹן Dialectica, Logica: חַחְגְּיוֹנִי Logicus. Secundo חִיגַּי eſt idē quod חֹרוּל aut נעצוץ id eſt, urtica uel carduus: Iob 30. Idem ח חִיגִּיתָא in Eſter. חֶגְמוֹן Idem quod שלטן præfectus, commiſſarius, epiſcopus, habens ſub alio poteſtatem: Iſa. 9, & 19. In plurali nu. חַגְמוֹנִים in ſecundo Thar. Eſter. Inde חַגְמוֹנִיּוֹת Epiſcopatus, comitatus.

חגן Primo ſignificat anſam ſeu manubrium. Secundo חוֹגְנִין ſunt dromedarij ſeu parui cameli: Iſa. 60. Tertio חוֹגְין eſt anchora. Quarto חֲגַן ſignificat aptum, idoneum, licitum, decens: ut דְּבָרִים חֲגוּנִים uerba honeſta: עֵצָה חֲגוּנָה conſilium aptum. Et חוֹגֶן decentia: כְּחוֹגֶן ut decet. חַגְרִים Sunt Hagareni. Item uerbaliter ſtringere.

חודו India ſcilicet Æthiopum: Vnde Iſa. 11. reſpondet ſibi in Hebræo כוש Inde adiectiuum חִירוּאָה Indus: Ier. 13. הוֹרָה Conceſſit, admiſit argumentum. Et הוֹרָאָה Confeſſio: Ioſ. 7. חֲרָיָא Decor: Prouer. 31. חֲרָא Illa, iſta, pronomen fœmin. pro quo in maſ. חֲרִין ut עַמָּא חֲרִין populus iſte. Item חֲרִין עַמִּיךְ Quis populus tuus: in 2. Tharg. Eſter. Et in fœmin. חֵירָא מִיתָא qua morte: Eſter 5. ubi He eſt litera quæſitiua. Inuenitur etiam in eodem libro מִן

חידי

חֵירֵי אוּמָּא ab iſto populo. Item חֵירִין tunc: Pſal.2.&
19. Idē בַּחֲרִין Pſal.89. בַּחֲרֵי Simul, pariter: in cōmen.
Sed בַּחֲרִי idem qd' עִמִּי circa me, mecū: Iob 10.& 13.

חריוט Idem quod נִקְלָה abiect9, uilis: ut בַּבְרִין חֲרִיוֹטִין Viri deſpecti, Eſter 2.& Iob 30.

חֲרַם Idem quod נתח Partitus eſt, dimembrauit, diſcerpſit: Iud.14.& 19. Idem חֲרִים יַת תּוֹרָא diſſecauit bouem: 3. Regum 18. Inde חֲרָם membrum, anathomia: In plura. חֲרָמִין Idem quod נתחים fruſta.

חֲרִיוֹן Bonum, beneficium.

